SALVADOR RODRIGUEZ
ENCUADERNADOR
San Juan de Dios
GRANADA

Reg.: 30.766

BIBL... ...VERSITARIA
...ANADA...
Sala Caja
Esta. A
Núm 42

(24)

Dubium

quorum utrumque attingit aliquem

Si sunt duo agnomina vel cognomina, unum conveniens alterum non conveniens: numquid potest uti convenienti et non uti convenienti?

1 Videtur negative respondendum: quia nomina sunt notiones et testificationes rerum, instrumenta quaedam cognitionum, ut Scaliger cap. 76 linguae Latinae, Beckmanus de originibus verborum. Nostra cognomina et agnomina testificant quaedam et instrumenta sunt, quibus noscuntur origines et familiae: ut optime Antonius August. Iulius Vasinus. Adde quod apud Graecos dicuntur onomata quasi leges quaedam. Sed in legibus testificationibus et instrumentis mentiri insidiose agere non licet, ergo neque in cognominibus.

2 Confirmatur: quia testis deponens et silens quae in favorem partis facere possunt peccat mortaliter ut docet Thomas Sanchez cum multis et tenetur ad restitutionem emergentis damni =

3 3° Videtur non licere ex doctrina S. Augustini de verâ religione cap. 7 omnis fallens animo fallendi vix differt a mentiente, fallit autem et fraudulentus est qui verum aliquid obiicit ut falsum persuadeat, quod optime notavit Lursenus l. 3 Liguiria — fallendi noverat artes

Veris falsa probans, quia tantum falsiloquendo

Fallere nemo potest; veri sub imagine falsum

Influit et furtim deceptas occupat aures.

sed hic obiecto vero cognomine decipit in fraudem inducit ergo rem iniquam facit =

4 Confirmatur: quia falsi reus est qui falso utitur nomine vel cognomine. L. falsi nominis ff. lege Cornelia de falsis et qui sibi ad fraudem nomen mutat L. sicut initio C. de mutatione nom. et panificantur iis qui falsos sibi parentes aut falsum genus fingunt ut Paulus 5 sententiarum 25 §. et ibi Cuiacius videndus Bubeius de mutatione nominum et Petrus Gregor. l. 36 Syntagmat. cap. 3 Blessius cap. 4 Brissonius L. 7 formul. pag. 648 Albericus Gentilis L. 2 de bello cap. 4 doctissimè Nicolaus Serarius L. 1 in Iosue c. 2 q. 4 et illius aemulator Annonymus in contrastibus ad eas Procas Aristeneti eruditissime

Confirmatur quia hoc pacto gravissime decipere potest aliquis in fraudem alterius v. g. qui per convenientem cognomine detecto

adsciscatur in Collegium, in Inquisitionis offi
cia, in aliasque functiones quæ puritatem
sanguinis requirunt sed haec publica et
insignis fraus est adimbrae illius quæ varij
vti sunt qui mendacijs se clarissimis fami
lijs inserere conati sunt de quibus Valerius
Max. L. 9 cap. 16. Et si crimen falsi
perpetrat qui sibi usurparit nomen digni
tatis qui falsis insignibus vtitur q. etiam
qui se puri sanguinis privilegia vsurpat
sub fraude occulti cognominis vid. P.
Gregorius cit. cap. 4 n. 6. Quantum in
comodi et periculi inferat ipsis Comunitatibus
late disserit Velasquez pro Statuto Toler-
tanas de purit. sang. —

Confirm. 2. nam ea videtur Dæmonis
ars, et versutiae subticere nomina obscura et clariora
agere: ex versibus Graecis Pythij oracul
quæ adfert Scaliger in Eusebianis aliisque
L. 2 varia Historia

Non enim Alcaeus vocaberis ait Dæmon
Sed Herculem Laudis nomen habiturus

Hoc certe apud homines fecerus
Quod fecit Dæmon sicut vt Angelus
quod notavit Serar. s. relatus. Censeo 1

His tamen non obstantibus Licere alienum
cognomen honorificum et conveniens. 1º quia ea
dissimulatio non est in se mala neque mendacium
ut vtet ex quo quod statuit S. Augustinus L.
de mendacio ad Consentium cap. 10 et sæpe
alibi Licet occultare in tempore quidquid
occultandum est sed non Licet mentiri. S. Thom.
2. 2. q. 40 Potest aliquis falli ex dicto
vel facto nostro quia ei propositum aut intel
lectum non aperimus. Hoc autem semper facere
non tenemur: quia etiam in doctrina sacra multa
sunt occultanda maxime infidelibus ne irri
deant secundum illud Matth. 7 Nolite sanctum
dare canibus. vbi oes Theologi Scholastici et
positivi videndi ad cap. 8 Libri Josue vbi
quando Liceat per insidias et occulte agere
vbi Serar. et Abulens. q. 6 Non solum
Licet occultare quod agimus aut intendimus
sed etiam fingere nos aliud facere vt eos
capiamus. videndi interpretes ad id Evangelij
finxit se Longius ire.

Probatur secundo quia ex pungere cognomen
verum et fitere aliam conditionem impropriam

mendacium est neque ex se malum. Quod abunde
probant alij permissis ex facto Abrahe
Genesis cap. 20. Dixitque de Sara uxore
sua Soror mea est: cum vero postea com-
perisset Abimelech quod uxor illius esset
conquestus cum Abraham. Quid fecisti
nobis? Quae non debuisti facere fecisti? Res-
pondet Patriarcha et facti rationem ha-
bet + Alias autem vere soror mea est filia
patris mei et non filia matris meae et duxi
eam in uxorem Postquam autem eduxit
me Deus de domo patris mei dixi ad
eam Hanc misericordiam facies mecum
in omni loco ad quem ingrediemur dices
quod frater tuus sim. Paria contigerunt
Abraha cum Sarane. Sed audiendus Aug.
contra Faustum Manichaeum qui istud factum
Patriarchae redarguebat. Nemo convincit
Abraham timore lapsum fuisse ad
mentiendum, neque enim utrum eius uxor esset
interrogatus, non esse respondit; sed cum
ab eo quaereretur quid ei esset illa mulier
indicavit sororem non negavit uxorem tacuit
aliquid veri non dixit aliquid falsi. Fe-
rendi Interpretes Lumores ad cap. 12 Genesis
versu 17 Deluus tacere tantum iubetur
quod sit uxor et vere dicere quod sit soror.
Cornel. Leonardus Marius et alij = sed
si esset mendacium vel intrinsece malum non liceret
Sarae dicere se esse sororem et subticere quod sit
uxor, neque Abrahae liceret imperare ut probat.

Propterea cum sit actus indifferens
censeo P. posse ex bono fine honestari. Pa-
ret ex dicta L. eo C. de mutatione nominis ubi
dicitur quod hominii libero sine fraude et prae
iudicio licet mutare nomen vel cognomen: in eo
autem potest esse fraus, quod aliena fictis
natalium titulis quaerat ut apud Josephum
L. 14 cap. 13 quidam Alexander et Mar-
citheus apud Demosthenem orat. contra Beotum
et Auxentius (ut est apud S. Ambros. L. 5
epistolarum) Episcopus Arianus ad decipiendam
plebem se vocavit Mercurinum et Jason
et Menelaus ut sectarentur impietatem 2 Machab.
cap. 3 et 4 ubi videndus Serarius: At
quaelibet istarum fraudum et res isti gravi
fines absunt in praesenti =

Finis honestus occultandi aliquod

cognomen

utilitas propria consequendi aliquam Reipublicæ functionem
quâ se manifestè indignum cognoscit. Nam
æquè possessor est quilibet suorum nominum atque
est rerum et aliorum suarum in ordine ad fines
utiles quod optime notavit Moyses Barcepha
de Paradyso L. 1. cap. ultimo. Nominibus
censent res homines sicut possessor ea quæ possidet
at finis honestus utendi re possessa est utilitas
commoditasque rei: isque finis esse solet in aliquo
vero malo supprimendo ut supra docebat
Thomas.

Proterea Licitum et tutum est cuilibet
tegere turpitudinem suæ familiæ; ne se infamaret
ut evidens est quia ex hoc fine potest aliquis
licite occultare cognomen ut ita ovenieus. Sergius
Pontifex abiecit nomen os porci quod sibi antea
adhæsit ob pudorem de quo Polydor. Virgil.
L. 4 de rerum inventoribus c. 10 Porphyrius
deposuit nomen Malchi ut Eunapius de viris
illustribus et hoc suo nomine ponendo voluit
omnem videri posuisse Barbariem, neque
quisquam hoc in eo damnavit. Imo et at
Isidorus Pelusiota L. 3 ep. 311 Sagus
Presbyter Eustathius graviter ac moleste
ferebat idem sibi cum impuro et scelerato
Eustathio nomen esse ac nomen suum mutare
cupiebat Et propterea laudabat ille auctor
Monasteriones. Quam bonum est homini potentem
multa habere agnomina! Et ratio esse videtur
quia cuicumque rei nomen bonum bonum nomen
malum est. potestque relicto malo usurpari bonum

Censeo 3.º præcipuè hoc verum obtinere quando
deffectus qui obijcitur ex altero cognomine quod tempore
antiquior est et ultra pavos procedit: quia qualibet
familia obtinere videtur ius ut siles deffectus de
Litteraturâ: ita censent ex Doctoribus quamplurimi
viri docti. et satis favet illud Chrysost. Hom.
59 in Mathæum Tu qui magna de nobilitate
maiorum iactas, ultra proavos atque atavos tuos
si progrediaris invenies multos è genere tuo
agasones forsan aut caupones fuisse et de
Regibus verum hoc esse confirmat. Et Delbigne
in Statuto Toletano Loquens ad Neophytos c. 4
Catholici sint quieti pacifici modesti ac bonis
moribus præditi et intra non multos annos
pari iure cum Christianis veteribus vivent

Nemo fere certo scit qui fuerint sui maiores ante quadringentos annos: pauci numerare suos possunt ante ducentos. Generatio praeterit et generatio advenit: non est priorum memoria sed nec eorum quae futura sunt.

Confirmatur. Licet proprium nomen celare et abscondere quoties timetur grave damnum sui vel proximi ut coiter docent Doctores et praesertim de quo timetur scandalum in materia fidei et ut ait M. Joannes Poggia in Relectione ad Regulam de Libris absque auctoris nomine imprimendis // Quoties ex malorum factione et conspiratione aut ex sinistra informatione et intelligentia, aut ex odio alicuius Nationis Professionis ordinis status vel personae aut ex oppressione potentissimorum hominum in summum discrimen citari veritatem aut piam probabilitatem, tunc Licet suppresso proprio nomine aut dissimulato per anagramata et synonima aut sub alieno cum aliqui vocetur ad mendacii defensionem tractosque evulgare. Sed ipsum potiori iure militat quoties falso aut non fundato rumore antiquo denigratur aliqua familia, nam ut ait Velasquez c. 34 Statuti Toletani Scimus enim avenire nonnumquam ut propter antiquas vulgi fabulas et vanos atque confictos rumores nobiles multi male audierint, quo gravorum hominum culpa est.

Ad argumenta adducta de ad 1.m admisso quod cognomina sint instrumenta et Leges at Legem quae pro me est proprium allegare et non allegare quae contra me est dumodo id sine mendacio et fraude fiat ut contingit in praesenti =

Ad 2.m nulli fit praeiudicium in eo quod plures sint pueri sanguinis vel nobiles neque in eo irrogatur alteri iniuria unde Locutio non est iniuriosa. Praeterea est valde generalis in qua non requiritur ita exacta veritas

Ad. 3 Hic non agit animo fallendi neque agit per alium aut fraudes quia non utitur simulatis, apparentibus et non veris, in quo consistit astutia cum D. Thomas 22. q. 55 in corpore

Ad 4 Neque utitur falso cognomine ut dictum neque intendit fraudes.

Ad 5 Non invadit aliena usurpans nomina aut insignia familiae et si alias dignus nulli

Communitati iniuria fiat ut docere videtur
Velasquez relatus cap. 58. Et Statuta seu
Collegiorum et Communitatum sunt quaedam leges
poenales quae probabiliter non obligant in
conscientia.

Ad 5 opus est Daemonum quando ingerit
ordinatur fines secus non. Ita sentio sub
meliori

15.

PA

DE

PAPELES
de
DERECHO

Caja
A-42